



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 25. Bonifacii II. Obitus. Joannes II. Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

di Ecclesiis (\*) *Primum teneat, tamen ad regendas Illyrici Ecclesias jure singulari gaudet, & quamvis etiam Antecessorum tuorum Decreta minime ignores, produco aliquot Epistolarum Exemplaria, quæ cum Epistolis in Romanis tabulariis asservatis, conferri peto.* Tum Bonifacio Papa jubente Epistolas illas Menas Notarius legit. Visuntur Epistolæ duæ Damasi Papæ ad Acholium seu potius Ascolum Episcopum Theffalonicensem datæ. Una Siricii ad Anysum. Duæ Innocentii, ad Anysum una, ad Rufum altera. Bonifacii tres ad Rufum, & duæ ad Episcopos Theffaliæ. Epistola Honorii ad Theodosium juniorem cum Responsoribus. Una Epistola S. Cœlestini ad Episcopos Illyrici. Tres Sixti III. Epistola Marciani ad S. Leonem de Dignitate Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & S. Leonis Epistolæ septem. Præterea plures aliæ Epistolæ lectæ. Sed reliqua Acta hujus Concilii Romani non habemus, & suo loco de istis Epistolis mentionem feci.

§. XXV.

*Bonifacii II. obitus. Joannes II. Papa.*

Paulopost Bonifacio Papa Mense Dec. fatis

(\*) Ad ejusmodi testimonia Interpres noster Protestans obtumescit. Quid enim contra afferre possit?

Sæculum VI.  
A. C. 531.

Sup. XVIII  
§. 12.

Lib. XXIV.  
§. 31.

Lib. XXVI.  
§. 39.



Sæculum VI. fatis functo electus est Joannes cogno-  
 A. C. 531. mento Mercurius Patria Romanus an-  
 tea Tituli (\*) S. Clementis Presbyter.  
 Ordinatus est 21. Jan. anno secundo post  
 Consulatum Orestis & Lampadii nempe  
 anno 532.

*Lib. Pont. &  
 inscript. ap.  
 Holst.*

*to. 4. Conc.  
 p. 1748. ap.  
 Cassiod. IX.  
 var. 15.*

Inter hæc Defensorum Romanæ Ec-  
 clesiæ aliquis ad Regem Athalaricum que-  
 relas detulit, quod Sacra Sede Vacante  
 quorundam ambitu & factione continge-  
 ret, ut ante Electionem pollicitationes  
 de danda parte Bonorum Ecclesiæ extor-  
 querentur, & ideo etiam Vasa Sacra con-  
 specta fuissent publice venalia. Ut hic  
 abusus tolleretur, Rex ad Joannem Pa-  
 pam, ad omnes Patriarchas & Ecclesias  
 Metropolitanas Epistolam dedit, qua præ-  
 cipiebat, ut observaretur Senatus Decre-  
 tum, Sedente Bonifacio Papa editum,  
 quod statuebat, ut si quis per se vel per a-  
 lium ad obtinendum Episcopatum aliquid  
 dare pollicitus fuisset, contractus ille pro-  
 nunciaretur nullus, & si quid datum fu-  
 isset, restitueretur.

Rex tamen Ministris Palatii sui facit  
 licentiam, si necessarium fuerit, acci-  
 piendi ter mille solidos, unde etiam Ta-  
 bulariis

(\*) *Tituli S. Clementis.* giebt der Protes-  
 stant: aus dem Orden des Heil. Clemens. Und  
 im folgenden §. in *Festo Epiphaniæ.* vom Epi-  
 phanius. Solche Fehler sind unzählig.



bulariis mercedem dare teneantur, si in Sæculum VI.  
 Electione Papæ discordia animos dividat. A. C. 531.  
 Illi autem Ministri, qui opibus valent, ni- Lib. IX. 16.  
 hil de Ecclesiæ Bonis accipiant, cum sint  
 Patrimonium pauperum. In Electione Pa-  
 triarcharum, id est, Archiepiscoporum,  
 Solidorum duo millia accipere poterunt,  
 & in Electione Episcoporum quingentos  
 Solidos in plebem spargi licebit. Præcep-  
 tit Rex Romanæ Civitatis Præfecto, ut  
 hoc Edictum marmoreis tabulis incidi, &  
 in vestibulo S. Petri ingredientibus obji-  
 ci curaret.

§. XXVI.

*Conversio Barbarorum.*

Justinianus Imperator magno desiderio  
 convertendi Infideles & Hæreticos te- Theoph. p.  
 nebatur. Sub initium Regni sui Herulos 149.  
 seu Eluros, nam isto quoque nomine, quod Evagr. IV.  
 in locis palustribus habitarent, nuncupa- c. 20. & 61.  
 bantur, in fœdera pertraxit. Terras Vales.  
 ipsis excolendas dedit, adjecit magna  
 munera, persuasitque, ut Religionem  
 Christianam, quippe Pagani erant, am-  
 plecterentur. Rex illorum Graitis Con-  
 stantinopolim venit, & in Festo Epipha-  
 niæ anno Justiniani primo seu Christi 528.  
 cum duodecim aliis viris partim Consi-  
 liariis, partim Propinquis suis baptizatus  
 est. Imperator e Sacro fonte ipsum le-  
 vavit, & jam sua sorte contentum dimi-

*Hist. Eccles. Tom. VII.*

Hh

lit.